# The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

## Ambicio y

### cum uariis

Dulcedinem glorie gloriosam Alexandri pectus insaciabile laudis accepit qui Anaxachro comiti suo ex auctoritate Democriti preceptoris sui innumerabiles mundos esse referenti. Heu me, inquit, miserum quod nec uno quidem adhuc sum potitus! Angusta homini possessio glorie fuit que deorum omnium domicilio sufficit.

Valerius Maximus libro VIII.

————

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

Ambicio y] Ambicio aa $L^2$; Dulcedinem glorie gloriosam] Dulcedine glorie gloriosum P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; insaciabile] insatiabili P $V^1$ $V^2$, insatiabilis $L^1$ $L^2$; laudis] amor *add.* $L^1$ $L^2$; quod nec] qui ne $L^1$ $L^2$; quod nec uno quidem] qui nec uno quod P $V^1$ $V^2$; Angusta] Angustia (*cor. sub lin.*) B; VIII.] 1. $L^2$